

**U r k u n d e n,**  
**Stadt und Erzstift Köln nebst den angränzenden Territorien**  
**betreffend.**

Nach den Originalen mitgetheilt von

**J. J. Merlo.**

---

**I.**

**Erzbischof Philipp von Köln beurkundet die Hörigkeit verschiedener**  
**Ministerialen der Stiftskirche zu Seflick. 1179.**

IN NOMINE SCE. ET INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego philippus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie humilis minister omnibus in xpo fidelibus in perpetuum. Notum esse uolumus tam futuris quam presentibus quod dilectus noster Johannes seflickensis prepositus. ad nostram ueniens presentiam. sua nobis relatione ueraciter intimauit. quod quidam homines tam uiri quam mulieres. uidelicet lina mater beicele. beicela mater helberti. hartwici. lodewici. filiorum volequigis. Reinwiz. Vdelbildis. qui ab antiquis generis sui primordijs ecclesie seflickensis ministeriales exstiterant. tum propter parentum suorum quibus ab infantia orbatu fuerant interitum. tum propter etatis sue tenebritudinem in obliuionem sue conditionis deciderant. Postquam uero ad annos discretionis et maturitatis peruenerunt. suam originem suamque conditionem recognoscentes. ecclesie seflickensi. cuius sicut dictum est ministeriales erant. se presentauerunt. eiusdemque ecclesie preposito Johanni. coram uniuerso conuentu. et conministerialibus suis fidelitatem facientes. conministerialium

suorum consortes effecti. plenitudinem sui iuris et conditionis sub omnium consensu et testimonio ibidem perceperunt. Que quia rationabiliter facta sunt. et ordine quo debuerunt ad nostram cognitionem fideliter peruenerunt ut omnia hec rata et inuiolata permaneant. presentem inde paginam conscribi. et nostre imaginis caractere communiri precepimus. firmissime statuentes. ut siquis unquam predictos homines in sua conditione quibuscumque modis infestare uel perturbare presumpserit. et uinculo anathematis astrictus subiaceat. et in die iudicij iram et indignationem dei omnipotentis incurrat. Huius autem rei testes sunt. Ernestus decanus. Arnoldus magister scolarum. Rodolfus custos. heribertus. et ceteri fratres omnes. Ministeriales uero Geuehardus. Winemarus. Theodericus. Homines autem ecclesie. baldericus. heinricus. Ricwinus. Facta sunt hec anno dominice incarnationis. m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>ix. Regnante gloriosissimo Romanorum imperatore friderico. et Gubernante domino nostro ih̄u. xp̄o omnia feliciter.

---

II.

**Das Kloster Benden verkauft ein Haus zu Köln, gelegen bei der Marspforte neben dem Hause der Königin zum Drachenloch hin. 1269.**

Nos Blittrudis dei pacientia humilis abbatissa et Conuentus de prato ordinis cisterciensis, Vniuersis tam presentibus quam futuris cupimus esse notum, quod nos vtilitate monasterij nostri pensata, cum consensu venerabilis patris et domini nostri. Abbatis de veteri monte cui nos in xp̄o. subiecte sumus, vendidimus Johanni dicto pine cuius coloniensi et vxori sue ac heredibus eorundem proprietatem domus nostre site prope portam martis iuxta domum Regine versus Drachinlog, ante et retro subtus et superius sicut iacet, et prout eam hactenus in nostra tenuimus proprietate, pro certa pecunie summa nobis ab ipsis numerata et assignata, quam ad vsus Ecclesie nostre confitemur esse conuersam, ita quod ipsi dictam domum iure et sine omni contradictione libere optinebunt et possidebunt, et eam diuertere poterunt tamquam propriam ad sue beneplacitum voluntatis. Saluo Ecclesie

sancte marie ad gradus Colonie et cuilibet alij iure suo in hereditate predicta. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem Sigillum nostrum presenti pagine est appensum. Et ad maiorem certitudinem et euidenciam ampliorem Sigillum domini nostri abbatis predicti rogauimus presentibus adhiberi. Nos uero abbas prenominatus confitemur omnia premissa de nostro consensu facta et Sigillum nostrum appensum presentibus in testimonium premissorum. Acta sunt hee anno domini M<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. Lx<sup>o</sup>. nono. Mense Decembri.

---

**III.**

**Waleramus, Herr von Monjoie und Valkenburg, erklärt die Ländereien und den Hof auf dem Gebiete von Münsterglene, welche der Ritter Osto von Burne dem Kloster Gottesthal in der Diöcese Lüttich verkauft hatte, aber von ihm zu Lehen trug, für freies Allodialgut des genannten Klosters. 1282.**

Vniuersis presentes Litteras jnspecturis Waleramus dominus de Monioie et de Valkenborgh Salutem cum noticia veritatis. Quoniam temporalium rerum dispositio vetustate dierum aggrauata sub obliuionis fauilla solet sepius sepeliri, Sapientum decreuit industria benegesta mortalium ad posteritatis noticiam scriptis mandare. Ea propter Noueritis vniuersi et singuli quod vir nobilis Osto de burne miles Triginta et nouem bunuaria terre arabilis parum plus vel minus jacentia jn territorio de Munsterglene cum quadam curia quam in eadem villa habebat et a nobis jn feodum perpetuum tenebat jn nostra et hominum nostrorum feodatorum subscriptorum presentia uiris religiosis Abbatj et conuentuj vallis dej cysterciensis ordinis Leodiensis dyocesis vendidit pro ducentis triginta tribus marcis decem solidis et sex denarijs Leodiensium, accedente ad id voluntate et consensu Margarete vxoris eius et Gosuinj vnicej filij et heredis ipsius Ostonis, Quj vna cum dicto ostone milite predictam terram cum curia coram hominibus nostris feodatis ad opus dictorum religiosorum vallis dej jn manus nostras reportauerunt, effestucauerunt, gerpierunt et penitus dictis religiosis quitauerunt, Renuntiantes

expresse omnj juri proprietatis vsusfructus, dotis tam constitute quam constituende quam non solute propter nuptialis donationis ac successionis cuiuscumque quod jn dicta terra et curia habebant vel habere poterant jn futurum, Nec non et omnj alij beneficio tam canonicj quam ciuilib, promittentes nichilominus bona fide contractum predictum se firmiter obseruatueros et contra ipsum per se vel per alios nullatenus jn futurum venturos ad hoc se et totam posteritatem suam specialiter obligando, Et nos predictus Waleramus dominus de monioie et de Valkenborch supradictam terram cum curia prius feudalem jn manus nostras reportatam modo supradicto, prouida deliberatione super hoc habita ob remedium anime nostre, vxoris nostre ac parentum nostrorum et ad petitionem amicorum nostrorum, predictis religiosis dictam terram et curiam cum nostrum allodium esset jn puram elemosinam coram hominibus allodialibus terre nostre sicut moris et iuris est in jpsa terra affetauimus et eisdem jnuestituram dictj allodij contulimus effestucantes et gerpientes omne dominium allodiale et omne jus quod jn dicta terra et curia habebamus siue habere poteramus, ipsam ab omnibus feodalibus obsequijs et juribus jn perpetuum absoluentes adhibitis omnibus sollempnitatibus debitis que jn talibus consueuerunt adhiberj, Renuntiamus etiam expresse beneficio restitutionis in integrum tam jure specialj quam comunj nobis super premissis competentj et competituro necnon exceptionj dolj mali, tam dantis causam contractus quam jncidentis et omnj alij beneficio tam juris ciuilib quam canonicj. Homines autem nostri feodatj et etiam allodiales et qui premissis interfuerunt sunt hij. Gosuinus de haren et frater eius ogerus. Johannes de haueskendale. Fridericus de retersbeke. Godefridus de Skinne milites. Otto de burne frater dominj ostonis. Arnoldus de steine. Wilhelmus de munforth. Gerardus et Henricus fratres de berkelor. Theodericus notarius supradictj dominj Valkenborch. Goswinus dictus huge. Godefridus de beke scultetus dicti ostonis. ac alij quamplures fide digni. In cuius rei testimonium et munimen presentem cartam Sigillj nostrj munimine duximus roborandam. Datum anno dominj Millesimo ducentesimo octogesimo secundo Mense februario In cathedra sancti petrj.

IV.

**Die Abtei Steinfeld überträgt ihre vom Ritter Gerlach von Stalhoven erhaltenen Güter in „Hunristorf“ gegen erblichen Zins. 1290.**

Uniuersis presens scriptum visuris et audituris. Notum sit, quod nos W(immarus) dei patiencia Abbas et conuentus in Steynuelte bona nostra in Hunristorf, que olim bone memorie Gerlacus miles de Stalhoven et Guda vxor sua nobis et ecclesie nostre ad vsus infirmorum pro remedio animarum suarum perpetuo possidenda contulerunt. Henrico filio quondam Micahelis, cum omnibus pertinencijs suis concessimus hereditarie colenda emendanda et si qua sunt alienata reddintegranda, tali condicione, ut idem henricus singulis annis in festo sancti Andree apostoli nobis ad prefatos vsus infirmorum decem et octo solidos coloniensium denariorum persoluat sine diminucione qualibet aut dilacione. Quod si in solucione dictorum solidorum ad predictam diem negligens fuerit liberum erit nobis prefata bona nostra cum omnibus que in ipsis reperta fuerint recipiendi et retinendi nomine pensionis et pene, et in utilitatem nostram conuertendi sine sua uel suorum heredum qualibet contradictione. Insuper dampna si qua habuerimus ratione dictorum bonorum tam ecclesiastico quam ciuili iudicio recuperandi. Post mortem vero eius sui filij uel heredes ipsa bona recipient ab Ecclesia nostra et pro Cormedia marcam et non ultra inde soluent. Hiis interfuerunt wernerus miles dictus de Ruckisheim. Johannes dictus Schemderich. frater Johannes sacerdos pastor in Ripsdorf et alij fide digni. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis nostris Abbatis uidelicet et Conuentus sepefato Henrico tradidimus roboratas. Actum et datum Anno dominj M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. Nonagesimo. In die sancti vrbanj martiris.

(Neußere Aufschrift: Hünßdorf. Bona ibidem a Gerlaco militi de Stalhoven Infirm. nostr. donata conceduntur hereditarie cuidam Henrico Michaelis. Bärßch, Das Bramonfr. Monchsloft. Steinfeld, S. 63, verzeichnet unter den Gütern, welche das Kloster bejaß: „Hungerßdorf bei Ripsdorf, in der Bürgermeisterei Dollen-dorf. Steinfeld hatte hier Zins zu beziehen.“)

V.

**Erzbischof Friedrich macht den Schöffen zu Köln die Ernennung des Rembodo Scherffgyn zum Vicegrafen bekannt. 1387.**

Fridericus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie Archiepiscopus. sacri Imperij per Italiam Archicancellarius. Westfalie et Angarie dux. Dilectis nobis Scabinis nostris Coloniensibus fidelibus nostris. Salutem et omne bonum. Cum nos alias dilectum nobis Rembodonem dictum Scherffgyn. Scabinum nostrum Coloniensem fecerimus vicecomitem et potenciauerimus eundem ut est moris. Vos requirimus et hortamur quatenus ipsum pro nostro vicecomite habeatis et sibi in Judicio et extra sedeatis et intendatis prout id hactenus fieri est consuetum. Datum Colonie Anno domini mcccclxxxvii septimo die xiiij mensis Junij.

VI.

**Wilhelm von Loen, Graf zu Blankenheim, macht den Bastard Johann von Heinsberg, genannt Kirschbaum, zu seinem Burgmanne. 1428<sup>1)</sup>.**

Wir Wilhelm van Loen Greue zo Blanckenheym doen kunt ind bekennen vur vns ind vnse eruen Ind nacomelincgen dat wir vmb sunderlichen dienst den vns Johan van Heynsberch Bastart deme man spricht kyrsboum vurtziden gedaen hait Ind ouch her na mailss he ind syne eruen vnss ind den vnse doen sall ind mach vnse burchman gemacht han ind machen Ind han yme ind syne eruen zo reichten manlehen gegeuen Allsulche stuck landz dat man nent die roeghe zo syme burehhuise Alre

1) Die vorstehende Urkunde war die älteste aus einer Folge von acht, die ich vor längeren Jahren zur Ansicht erhielt; nur von der ersten konnte ich vollständige Abschrift nehmen, von den übrigen sei hier noch der Inhalt angegeben:

Urk. 2, v. J. 1440 dnica pt decoll. bti. Joh Bapt.:

Johann Brumßer von Rüdelsheim (der berühmte Ritter von Rüdelsheim) tritt sein Haus mit Zubehörungen, welches er als Burglehen zu Blankenheim hat, an

neist gelegen by Arnolde van deynsbergh zo Blanckenheym in deme daele. Ind sall he ird syne eruen vnss ind vnser eruen van deme vurg. huysse ind lande verbunden syn mit eyden ind mit hulden Ind darzoe zo doen as sulches burehlude reichte ind geweynheit is Aen argeliste. Ind wir Wilhelm van Loen Greue zo Blanckenheym han des zo gezuge vnser Ingesigell an desen brieff gehanogen vur vnss vnser eruen ind nacomelingen In den Jaren vnss heren dusent veirhundert ind Eichtindtzwenzich Jaire vp den Sondach zo halffasten zo latine genant letare Jherusalem.

---

Johann von Heinsberg, gt. Kirchsbaum, ab, mit Genehmigung Junkers Gerhart von Loen, des Lehnherren.

Urk. 3, v. J. 1440 im Mai:

Gerart v. Kluppelberg verkauft an den Junker Johann v. Heinsberg, gt. Kirchsbaum, Hof, Erbe und Gut zu Kluppelberg.

Urk. 4, v. J. 1441, auf St. Joh.-Bapt.-Abend:

Gerart v. Loen, Herr zu Jülich, Graf zu Blantenheim, übergibt dem Johann v. Heinsberg eine Hofstatte und Plaz zu Blantenheim im Thale zu Burglehen, befreit auch dessen Erbe zu Kluppelberg vom Schaafdienste.

Urk. 5, v. J. 1455, St. Martins-Abend:

Derselbe Gerart v. Loen belehnt Johann v. Heinsberg den Jungen, gt. Kirchsbaum (des Vorgenamten Sohn), mit den Gütern zu Blantenheim und gestattet ihm, seine Frau Ingen damit zu bewittumbnen.

Urk. 6, v. J. 1481, Montags nach Lucien-Tag:

Jaspar v. Heinsberg, gt. Kirchsbaum, bekennt, sein Burghaus zu Blantenheim und den Hof zu Kluppelberg von den Junkern Coin und Johann Grafen zu Manderscheid und Blantenheim als Lehen empfangen zu haben.

Urk. 7, v. J. 1481, desselben Tages:

Die Grafen Coin und Johann Gebrüder v. Manderscheid und Blantenheim belehnen den Jaspar v. Heinsberg, gt. Kirchsbaum, mit dem Burghause zu Blantenheim und dem Gute zu Kluppelberg.

Urk. 8, v. J. 1499, auf St. Severinstag:

Jaspar v. Heinsberg, gt. Kirchsbaum, und Leengyn, seine Frau, verkaufen dem Grafen Johann zu Manderscheid und Blantenheim ihr Burghaus zu Blantenheim.

VII.

Herzog Adolph von Jülich und Johann von Loen, Herr zu Jülich, belehnen Johann Roilman von Huysen und Hugo von Gren mit dem Schlosse Weinan (bei Euskirchen). 1429.

Wir Adoulph van gotz gnaden Hertzonge zo Guilge zo dem Berghe etc. vnd Graue zo Rauensberch vnd Johan van Loen herre zo Guilge zu Heynsberg vnd zu Lewenberghe, Doyn kunt allen luden, also as wir zo den landen van Guilge komen synt Ind die an vns erstoruen synt na doide des hogeboiren fursten, vnss lieuen Oemen ind herren herren Reynolts hertzongen zo Guilge ind zo Gelre seliger gedeichte, vnd also as dan dat Sloss Veyenauwe gelegen is jn dem vurss vnsmelande van Guilge, vnd her Baldewyn van Monregedyn dat selue Sloss Veyenauwe vmb vns niet vntfangen noch an vns gesonnen hait, yn da myt zo belenen bynnen me dan Jaire ind dage, als wir die vurss lande van Guilge ynne gehat hain vnd woulde darna, dat vurg. Sloss in ander hende brengen, buyssen vnser wist ind willen, as vnss angebraecht wart, Darumb wir hertzonge vurss dem egenanten herren Baldewyne schriuen deden, dat hee queme zo vns, in vnse lande van Guilge ind vntfenge syn Sloss ind dede vns da van as sich dat geburde ind behoyuede hee geleidtz wir weulden yn doyn geleden durch vnsselande vort ind weder des hee ouch nyet gedain hait vnd hauen darumb dat vurss Sloss in vnse hende doin nemen vnd hauen dat ynne gehadt ind besessen ouch me dan Jaire ind dach, sonder versoekynge, vorde-ronge off Anspraiche van herren Baldewyne vurss off yemans van synen weigen vns zodoin van dem Slosse vurss as vur geroint steit, als sich dat geburt Also dat vnss dat vurss Sloss veyenauwe vereygent, veruallen, ledich worden ind bleuen is, als wir meynen na allen ergangen sachen ind besesse as vur clærlichen geroint steit Nu na allen desen vurgeschieden sachen as dan der vurss her Baldewyn darna doitzhaluen affgegangen is, So bekennen wir offentlich myt desem brieue vur vnss Eruen ind Nakoemlinge, dat wir angesien hauen groisse trefflige bede die an vns gelacht is van magen ind frunden, Johans Roilman van huysen ind Hugen van Gren, die wyle Sy reichte



naeste Eruen synt des vurss Sloss as wir verstanden hauen, ind getruwen dyenst den vnss die vurss Roilman ind Hüge ind yre eruen inzokomenden zyden waele vermogen zudoín ind ouch getruwelichen doyn sullen, Ind hauen darumb die seluen Johan Roilman ind Hugen benayt ind yn dat vurss Sloss jngegeuen, vnd Sy daryn gesat ind da myt beleent, myt allen den gueden ind hyrlicheit die zo ind in dat vurss Sloss gehoerent dat van vns zo leen Roerende is, as vur eyn versuymp, verjaert ind verfallen leen vnd sullen ind willen Sy ouch hie ane truwelichen halden, verdadyngen ind hanthauen vnd yn alre vurss sachen gestain as verre vnss dat geburt zodoín Doch beheltenysse vns vnssen Eruen ind Nakoemlingen allewege vnser offenyng des vurss Sloss, so dicke ind so maynchwerff wir der zodoín hauen, ind bedurffende syn ayn geuerde, vnd vort alle andere vnse Rechten, die Sy ind yre Eruen vnss van dem vurss Slosse, van leenschafft weigen, schuldich synt zodoín Ind ouch eyne yeeklichen syns reichten sunder argelist, vnd deser vurss sachen zo getzuge, hauen wir Adoulph hertzonge zo Guilge zo dem Berghe etc. vnd Johan van loen herre zo Guilge zo heynsberg ind zo lewenberghe vurss vnser beyder Ingesegele an desen brieff doín hangen, vnd hauen vort beuolen ind geheysschen vnse lieue vrunde ind Reede, herren Andries van Lyessyngen herren zo Tzeuell vnd Roylman van Geyssbussche, want Sy by desen vurss beleenongen ind sachen geweyst synt, dat Sy darumb yre Segele myt zogetzuge an desen brieff haint gehangen, Des wir Andries ind Roylman vurg. Bekennen vnder vnser Segelen van beueille ind geheyssche der vurss vnser gnediger herren an desen brieff gehangen, Gegeuen ja dem Jaire vnss herren do man schreyff duysent vyerhundert nuynjndzwentzich Jaire, des dryssichsten dages des meyes.

(Auf dem umgeschlagenen unteren Rande der Urkunde steht:

Ad relationem dnor. Bernardi dni. de Boertscheit militis  
Senescalli Montensis et Alberti zoben prepositi Kerpensis  
De Siberg S.

Das auffallende Wort „hertzonge“, statt der gewöhnlicheren Schreibweise „hertzouge“, ist entschieden so geschrieben und bleibt sich bei allen Wiederholungen gleich.)

**VIII.**

Erzbischof Theoderich macht den Schöffen zu Köln bekannt, daß er seinen Rath Everhard Hardefuyst zum Vicegrafen ernannt habe.

1441.

Theodericus dei gracia sancte Coloniensis Ecclesie Archiepiscopus sacri Imperij per Italiam Archicancellarius Westphalie ac Angarie Dux etc. Dilectis nobis Scabinis nostris Coloniensibus Salutem et omne bonum, Cum nos alias dilectum nobis Euerhardum Hardefuyst consiliarium et fidelem nostrum fecerimus Vicecomitem et potenciauerimus eundem ut moris est, Vos requirimus per presentes quatenus ipsum pro nostro vicecomite habeatis ab hinc ad annum a data presencium proxime subsequendum Et sibi in Judicio et extra sedeatis et intendatis prout id hactenus fieri est consuetum usque ad nostram reuocacionem. Datum Colonie die quartadecima mensis Januarij Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo nostro sub Sigillo presentibus appenso.

---

**IX.**

Bürgermeister und Rath der Stadt Köln verkaufen, unter Berufung auf den Vertrag mit dem Erzbischof Hermann, das auf dem Raxenbuch gelegene, bis dahin von „Susteren oder Bagynen“ bewohnt gewesene Haus zu der Hand. 1497.

Wir Burgermeistere ind Rait der Steide Coelne Doyn kunt allermaalich dat wir jn macht sulchs guetlichen verdrags ind oeuerkumpst Als sych der Eirwirdigste Hogeborn furst vnd here Her Herman Artzbusschoff zo Coelne etc. mit vns ind wir mit synen furstligen gnaden jm jaire duysent vierhundert Seuenjnd-Echtzig Eyner nuwer ordenungen odir reformacien der Bagynhuysere bynnen der Steide Coelne geleigen verdragen hauen ind oeuerkomen syn Dae jnne under anderen oeuerkomen ind verdragen worden is, dye susteren odir Bagynen jn dem huys

genant zo der hant vp dem katzenbuyche bynnen der Steide Coelne geleigen van dannen zo nemen, jnd jn dat Bagynhuys genant zo Munhem vp Marcellenstraissen geleigen by dye ghene die dair jnne gesessen synt zo setzen, jnd die selue Renten dem vurss huys zo der hant zo gehoerende Eyne mit briuen jnd siegelen dannaff sprechende jnd ouch dem gelde van dem vurss huys zo der hant, dat men zom meysten verkouffen seulde komende, zo behoiff dess huys Munhem vurss ind der susteren odir Bagynen dair jnne wesende odir naemails komende weder vmb zo brengen zo wenden ind zo keren vpgedragen verkoufft ind erlaissen hain vestlich in crafft diss brieffs Wilhem van der wermersskyrchen genant sydenkoull Sulchen vurgenanten huys zo der hant vp dem katzenbuyche So wie dat selue huys mit synem houe ind anderem synem zo behoire vur achten vnden ind ouen geleigen. is Ind den vurgenanten Bagynen dair jnne geweest synt zo gehoirt hait Innehalt brieue ind Siegele dair oever sprechende Eyne mit den seluen briuen ind Siegelen wir van den gedachten Bagynen odir susteren jn macht oeuerdrags vurss vntfangen jnd dem seluen Wilhem vort an zo synen henden gehantrickt ind gelieuert hain As vur eyne redliche ind zemliche summe geltz wir van dem obgenanten Wilhem vntfangen jnd zo nutz vrber ind behoiff der vurgenanten Susteren odir Bagynen dess huys Munhem vurss gekiert ind gewant hain Also dat der vurss Wilhem ind syne Eruen odir behelder diss brieffs mit yrem gueden willen dat vurgenante huys ind Erue mit allem synem zo behoere van nu vortan mit erffligen rechte hauen behalden besitzen keren ind wenden mogen war ind in wat hant dat Sy willen behalden doch dem erffligem zynse dat selue huys geldende is alle tzyt syns rechten Allet ayn geferde ind argelist Ind dess zo vrkunde der wairheit So hayn wir vnse Steide Siegell ad Causas an desen Erffbrieff doyn hangen Der gegeuen is jm Jaire vnss heren Duysent vierhundert Seuenjndnuyntzich vp vaser liener frauwen Auent Annunciationis.

(Neuÿere Aufschrift: „Ein besiegelter brief belangendt Wisen Conuent nun zur Handt genant gelegen vp dem Katzenbuch.“)

X.

Abt und Convent zu Knechtsteden lassen ihren Hof und ihre Häuser in Köln, auf Veranlassung der Kriegs-Drangsale, mit 400 Reichsthalern Hauptsumme und einer ablösblichen jährlichen Rente von 20 Reichsthalern beschweren. 1585.

Wir Egidius Huntshouen Abbas, Godefridus Böcholt Prior, Euerhardus Kleinenbroich Subprior, vortt wir sambtliche Conuentualen des Gotteshausses Knechtsteden, Thun kundt zeugen vnnnd bekennen hiemit vor vnss vnnnd vnserer nachkommen. Nachdem laider, wegen Itz schwebender hochbeschwerlicher Colnischer Kriegs-Emporung, vnnnd das wir vnser Gotteshauss nun ein geraume Zaitt vff vnseren selbst Kosten mit einer ansehnlicher anzall Soldaten besetzen vnnnd besoldenn, auch daneben andere Schatzung geben müssen, vnnnd derwegen genottigt werden zu endtlicher abzalung alsolcher Soldaten, vnnnd sonst jn vnser Gotteshausses nutz vnnnd vrbar etzlich Pfenningh auff zu prengenn, vnnnd gleichwoll vff vnser Gotteshausses gutter, so ausserhalb Colln gelegen, die nit erlangen können, vnnnd derohalb vnsern Hoff vnnnd heusser vff S. Maximinen straessen jn Colln gelegen, beschweren müssen, aber selbst ahm Schrein Niderich nitt erscheinen können, Das wir demnach mitt zeitlichen daruber einhelllich gehabten bedencken vnnnd beschluss den Erbarn Bernhardt Wintzler vnnnd Petern Reck sambtt vnnnd Jeden besonder volnkohmmen macht vnnnd gewaldtt gegeben haben, thun auch sollichs hiemit vnnnd crafft diesses, vmb jn vnsern nhamen ahm Schrein Nyderich vnnnd vor den Schreinhern daselbst zu erscheinen, anfencklich angerurtte vnser Erbschafften, lautt vnnnd Inhalt eins Erbarn Rhaets der Statt Colln gebenen Vrkundtz zu Schrein auff vnss vnd vnserer nachkommen Abtt vnnnd Conuent Knechtsteden setzen zu laessen, darnach dieselb Erbschafften vnnnd heusser mitt vier hondert Reichs Thaler Hauptsummen vnnnd zwanzigh Reichs Thaler jairlicher abloesslicher Renthen zu beschweren, Derwegen nottigen verzich vnnnd aussganck zu thun, vnd jnscrijren zu laessen, werschafft zu globen, vnd alles zu laisten vnnnd volziehen, was wir selbst thun solten, kondten oder mogten, Wir globen auch hiemit das alles was sie sambtt

oder besonder also handeln steedt vnnnd vest zu halten, vnnnd sie alles schadens zu entheben Bey verpfendungh aller vnser haab vnnnd gutter buissen vnnnd binnen Colln gelegen nichtz dauon aussbescheiden. Zu Vrkundt dessen haben wir Vnser Abdeien vnd Conuentz Siegell auff Spacium gedrucket, Wilchs gegeben ist den Sechszehendten Nouembris Anno der ringer Zahl achtzich vnnnd vnnff.

---

**XI.**

**Erzbischof Maximilian Heinrich gestattet, nachdem kurz zuvor durch den Einsturz eines großen Theiles des erzbischöflichen Saales auf dem Domhof zu Köln das unter der Drachenspforte gelegene Haus zur eisernen Hand beschädigt worden, dasselbe durch einen Neubau zu ersetzen. 1674.**

-Von Gottes gnaden Wir Maximilian Henrich Ertzbischoff zu Cöllen, des Heil. Röm. Reichs durch Italien ErtzCantzler vndt Churfurst, Bischoff zu Hildessheim vnd Lüttig, Administrator zu Bergtesgaden, in Ob- vnd Niedern Bäyren, auch der Obern Pfaltz, in Westphalen, zu Engern vndt Bullion Hertzog, Pfaltzgraf bey Rhein, Landtgraf zu Leuchtenberg, Marggraf zu Franchimont etc. Thun Kundt vndt bekennen für Vnss vndt vnserer Nachkommen an hisigem Vnserm ErtzStift, Demnach vnlangst ein grosser theil vnserer Sahls vnweit von vnserer Thumbkirchen eingestürtzt vndt dadurch neben anderen das Hauss zur Eisernen Handt vnder dem Drachen Pfortlein sambt einem Gadem an dem Pilarn gelegen mit beschädiget worden, derowegen dan, vnd auf berürten Hausses wie auch des Gadems Einhabere Suppliciren Wir durch vnserer darzu deputirte Rhäte vndt Commissarios angeregten schaden in augenschein nehmen vnd examiniren lassen, Vnderdessen aber Johan Peter Isselburg Rhatsverwandter alhie alss Besitzer erwehnten Hausses zur Eisernen Handt, berürten Gadem von des-selben possessoren an sich erhandelt zu haben beschienen; Dass Wir solchem nach gemeltem Johan Petern Isselburg verstattet vndt bewilligt haben, wie Wir hiemit vndt Crafft dieses gnedigst verstaten vndt bewilligen, mehrberürtes Hauss sambt dem Gadem

wie auch den Haupt-Pilarn an berürtem Gässlein sambt dem-  
nechst daran gehörigen bawlosen Bogen biss an den mittelsten  
Pilarn abzulegen vndt demnechst einen newen Baw dahin widrumb  
zu setzen, Jedoch der gestalt, dass die eröffnung vnd gang alda  
bis an den mittelsten Pilarn zu behuef deren Nachbarn vndt  
vorbeygehender Leuthe dort verpleiben, ihme aber zuelässig sein  
solle, anstat gemelten ersten Bogens vber selbigem gang Balcken  
zu legen, vnd fort oben das gebäw vber den zweyten Bogen biss  
an Vnsere Fetwage auf- vndt ausszuführen, vorbehaltlich doch  
Vnss wie auch Vnserer Erbvogteyen hieselbsten an dem Hauss  
vndt Gadem habender gerechtigkeit Massen dan Vnser gnedigster  
Will vndt befehl ist dass oftgemelter Isselburg vndt dessen  
Erben dabey rühiglich gelassen vndt gehandthabt werden sollen,  
Vrkundt Vnser eigenhandiger Subscription vndt anhangenden  
Churfurstlichen Insiegels. Geben in Vnser Statt Cöllen den  
9. Julij 1674.

Maximilian Henrich.

Quentel. Casp. Larix.

(Neußere Aufschrift: Vergünstigung des Newen Baws Reverendissimi Ar-  
chiepiscopi Coloniensis. 9. Julij 1674.)

---

**XII.**

**Das Capitel des Maria ad gradus-Stiftes in Köln läßt die Beisehung  
der Gebeine der seligen Polen-Königin Richeza in ein neu errichtetes  
Mausoleum beurkunden. 1778.**

In nomine sanctissimae et individuae Trinitatis Amen. Uni-  
versis et singulis, quorum interest, aut pro perpetuis temporibus  
interesse poterit, notum sit et pateat per publicum hocce instru-  
mentum, quod anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi Mil-  
lesimo Septingentesimo Septuagesimo octavo, Pontificatus sanc-  
tissimi Domini nostri Papae Pii VI. nec non gloriosissimi regi-  
minis invictissimi Romanorum Imperatoris Josephi Secundi hujus  
nominis, die vero secunda mensis Decembris Plurimum reverendus

et praenobilis dominus de Frantzen, Archidiaconalis ecclesiae Beatae Mariae Virginis ad gradus Canonicus Capitularis, thesaurarius et fabricae magister (tit. pl.), nomine praelibati sui capituli me infra scriptum Notarium legalem ad praelaudatam ecclesiam vocari, specialiter requiri, et coram congregatis ibidem plurimum reverendis, eximiis ac clarissimis Dominis Capitularibus et adstantibus Dominis Vicariis ejusdem ecclesiae demonstrari fecerit, qualiter Sarcophagus piissimae Richezae Polonorum Reginae ob necessariam restaurationem praetactae ecclesiae ad contiguum sacellum super altare Domini debita cum reverentia, appositis praevis sigillis benefati Domini thesaurarii et magistri fabricae, per aliquot hebdomadas reponi debuerit, ex nunc autem in noviter exstructum Mausolaum, armis gentilitiis stipatum sub frontispicio orientali intra eandem ecclesiam, quo Beata Richeza Regina Polonorum et frater illius Hermannus Pius Archiepiscopus Coloniensis radiis circumfusi divinis vetusta mira arte depicti, sicuti antiquitus ita et hodie conspiciuntur, condecoranter transportari ac transferri oporteat; itaque Ego infrascriptus ad hunc actum specialiter requisitus fata apposita sigilla, utpote illaesa in dicto sacello in praesentia Venerabilis Capituli debite recognovi, et reserato Sarcophago deprehendi ossa sacra stragulo serico seu serice-gossipio tecta, caput incumbens pulvinari pretioso ornatum diademate fulgentibus lapidibus aureisque insigniis condecorato — Queis praevis plurimum reverendi Domini Canonici Dunwalthe cellerarius et Schulte signator induti solemnibus chori praelibatum sarcophagum concomitante Venerabili Capitulo ac prae-euntibus Dominis Vicariis e memorato sacello devote inter ardentibus faces ad praetactum Mausolaum in continua mei praesentia et accursu populi utriusque sexus deportarunt, ubi plumbea lamina cum antiquo inscripto Epitaphio subtus pulvinar, quo S. Regium Caput Divae Richezae quiescit prout olim reposita, nec non ipsum jam dictum S. Caput, uti et omnia venerabilia ossa, quo quondam in eodem stragulo serico et ornamentis, ut supra narratum, per benefatos Dominos Thesaurarium, Magistrum Fabricae et Cellarium, ac Pastorem familiae S. Stola indutum in sepefato Mausolaum recondita sunt, quo deinde firmiter clauso clavis ejusdem ad manus assistentis clarissimi Domini Scholastici Becker juris utriusque Doctoris in finem ad archivium deponendi

tradita, sicque solemnitas hujus piissimi actus in nomine Domini consumata fuit. In quorum fidem praesens instrumentum desuper confeci, scrip- et subscripsi, nec non consueto meo notariali sigillo communivi Coloniae ut supra.

(L. S.) Joannes Georgius Weber,  
utraque autoritate Notarius publicus Curiae Archiepiscopalis et Electoralis  
Coloniensis, in inclyta Camera imperiali Wetzlar. immatric.

